

Denique commemorandae sunt quaedam male lectae falsaeve aut per errorem huc relatae:

6086 XLVI [vol. I n. 668] reperta prope Firmum [deinde apud Minicium; ubi nunc exstet nescitur].

S P F

De Minicis t. II n. 36, p. 219 sq. (inde Ritschl t. VIII 26, Mommsen n. 668, Garrucci 972).

Servi peristis fugitivi vel *servi peristis fugistis* explicat Minicius, scilicet ad exemplum suae n. 34, quae tamen falsa est (n. 677*). Et hanc quoque non tam male lectam quam falsam esse iudico, praesertim cum addat Minicius p. 220 n. 2: *le tre lettere sono chiare, ed in alto rilievo*; item enim in aliis alte exstant litterae, scilicet cultro a falsario exsectae (cf. ad falsas).

XLVII [vol. I n. 667] in Piceno repertas esse glandes suas dicit DELF. p. 9.

VIII)(H

Delfico aere incisam dedit in tabula, in comm. non memoravit (inde De Minicis t. II 33, p. 218 not. 2, [ex hoc Ritschl t. VIII 32], Mommsen n. 667, Garrucci n. 955).

Ad legionem VIII referendam esse Minicius, Etruscam esse et fortasse legendam IIIA H Garruccius coniecerunt; Garruccius quod praeterea

'litteris alte incis' fuisse asserit, de ea re Delficus ne verbum quidem dicit, ut Garruccius ex illius imagine aere incisa suo Marte coniecisse videatur. — Coicio inscriptionem fuisse tesserae osseae VIII)(H, a Delfico per errorem in glandis figura depictam. Glandes olim quidem (ex. gr. Cardinali *iscr. ined.* 1819 n. 114) tesserarum nominabant.

6087 XLVIII [vol. I n. 666] vide ad XLVII.

LA.

Delfico aere incisam exhibet in tabula, in comm. non memorat (inde De Minicis t. II 26, p. 202 et p. 215 [ex hoc Ritschl t. VIII 29], Mommsen n. 666, Garrucci n. 969).



De La(mponio) cogitavit Minicius; sed potius falsae lectionis esse mihi videtur exceptaque ex vestigiis evanidis, quo explicatur quod litterarum forma vix antiqua est. Potest eadem esse glans musei Neapolitani n. 1729 (= Santangeli n. 11) pendens 57,5 gr., longa 0,047, crassa 0,049, quae exhibet reliquias a me exceptas fere in hunc modum

LA.

sed earum lectio desperata est. Garruccius contulit Santangelanam, in qua vidisse se ait LA et parte aversa pugionem. Ea haud dubie est Santangelana n. 6, de qua vide ad n. XXXVIII 14. — An haec quoque ut praecedens tesserae inscriptio (I)(A) fuit?

Instrumentum ex lapide.

6087 1 forma nummaria ex lapide. Telesiae [apud Pacellios].



Descripti.

2 piccolo disco di 15 mill. di pietra come sembra focale, litteris antiquioribus. [Corropoli in museo Conc. Rosae.]

115 · 1

Dressel descripsit.